



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Et Brevis Declaratio Viæ Spiritvalis**

**Palma, Luis de la**

**Antverpiae, 1637**

Fundamentum & Principium vitæ religiosæ accomodatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50934)

Omnia Exercitia , de quibus posthac agemus , vsque ad postremum , quod est de perfectione , alicui horum principiorum innituntur.

*Principium & fundamentum accommodatum vitæ religioſæ.*

**Q**uod in genere de omnibus dictum est , facile Religiosus suo statui accommodabit.

Primò, Finis Religiosi SOCIETATIS est , quærere propriam & proximi sui salutem & perfectionem.

Secundò, Media omnia quæ in Religione sunt , ad hunc finem diriguntur; partim ad perfectionem propriam, vt sunt Oratio , Sacramentorum frequentatio, &c. partim ad perfectionem proximi; qualia sunt studia, ministeria, &c. Vnde apparet qualis debeat esse perfectus Religiosus, qui totam suam intentionem positam habet in debito fine; & alia omnia media eò dirigit.

E Tertiò,

Tertiò , Eatenus Exercitiis & occupationibus vti , vel ab iis abstinere debemus , quatenus nos iuuant , vel impediunt , in nostrâ seu proximi perfectione. Et hinc facilè constabit , quàm procul à recto deuiemus , si occupationes , & ministeria , & habitationem , non propter istum finem , sed pro libitu nostro , inclinatione , honore , sensu & commodo eligamus.

Quartò , Sequitur , quòd , quantum in nobis est , ad omnem habitationem , ministeria , & omnis generis occupationes , indifferentes esse debeamus : & hæc est nobilis illa indifferentiæ virtus , quæ tantopere in SOCIETATE commendatur , quâ , ad conformitatem cum Dei voluntate , à sanctâ Obedientiâ suaviter nos regi permittimus.

SECVN-